HEB. gem sunt: mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio uorabit terram: & peccabunt habitatores eius: ideo insanient cultores eius: & relinquêtur homines pauci.

SEP. præcepta, testamentum æternũ. Propter hoc maledictio uorabit terram: quia peccauerũt habitatores eius: ideo pauperes erunt habitatores terræ, & dimittentur homines pauci.

a Luxit uindemia, infirmata est uitis, ingemuerunt oẽs qui lætabãtur corde. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ: cũ cantico non bibẽt uinum, amara erit potio bibẽtibus illam. Attrita est ciuitas uanitatis, clausa est omnis domus nullo intro eunte. Clamor erit super uino in plateis, deserta est omnis lætitia, trãslatum est gaudium terræ. Relicta est in urbe solitudo, & calamitas opprimẽt portas: quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum.

SEP. Quomodo si quis excutiat oliuã, sic excutient eos: & si quescat uindemia, isti clamoreuocifera buntur. Qui autem relicti fuerint super terram, lætabuntur simul cum gloria domini: conturbabitur aqua maris: propterea gloria dñi in insulis erit maris: no-

Multi uocati & pauci electi: & tã uehemens pressura iustorum, ut tententur, si fieri potest, etiam electi dei, & paucitas eorũ baccis oliuarũ rarissimis comparet: quæ cum excussæ fuerint atq; demessæ, uix paucæ remaneant in ramorum cacumine: et quomodo cum fuerit finita uindemia, solẽt pauperes egestate cogente uacuas circuire uites: & pauca uuarum grana colligere. Hi igitur qui remanserint, & post uindemiam mundi atque pressuram, manus quinerint antichristi psequentis effugere, siue pœnæ imminentis ardores, leuabunt uoces suas in sublime, deumque laudabunt. Quando uenerit dominus in gloria patris sui cũ angelis sanctis, & eum uiderint in sua maiestate regnantẽ: tunc hinnient in equorũ similitudinẽ: lætitiæ magni-

L tudine

Apostolus loquitur: Cum. n. gentes, quæ non habent legem, naturaliter ea quæ legis sunt, faciũt: isti legem non habẽtes, ipsi sibi sunt lex: qui oñdunt opus legis scriptũ in cordibus suis. Qui igitur has leges obseruauerint, præmia consequent: qui aũt neglexerint eas, sustinebunt q̃ nũc sermo

Gen. 1. ppheticus cõminatur. Et quõ in principio benedixit deus omni creaturæ quã fecerat: sic in cõsummatione mundi, maledicet iis qui terreni sunt, & nõ fuerint peregrini, sed habitatores terræ, & in ea peccauerint: qui obliti cõditionis suę, contra se mutuo furore bacchati sunt. Et pauci remanebunt qui habeant imaginem super cęlestem, siue iuxta lxx. οἱ πτωχοὶ ἔσονται οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ γῇ, ideſt, pauperes erunt habitatores terræ, quia spirituales diuitias perdiderunt.

a ¶ Luxit uindemia &c.) In consummatione mundi, præteritarũ deliciarũ recordatio, erit materia

Luc. 16. d cruciatuũ. Vnde & dives B ille in conuiuio purpuratus, qui receperat bona sua in uita sua eleuãs oculos suos de inferno, Lazarum cernit in requie. Et dñs increpans diuites & luxuriosos, atq; ridẽtes,

Ibid. 6. d loquit in euangelio: Væ uobis diuitibus: q̃m recepistis consolationem uestrã. Væ uobis, qui nunc saturati estis, q̃m esurietis. Væ uobis, qui ridetis nũc: quia lugebitis & flebitis. Quando igitur fuerit resurrectio mortuorũ, & iudicii aduenerit dies, tunc lugebit uinũ atq; uindemia, de qua Moyses lo-

Deut. 32. b Sec. lxx. quitur: De uinea Sodomorũ uinea eorum: propago eorũ de Gomorra. Vua eorum uua fellis, botrus amaritudinis eorũ. Furor draconũ uinũ eorum, & furor aspidum insanabilis. Tunc oĩs potio, siue, ut Hebraice dicitur, שכר, ideſt ebrietas, q̃ statum mentis euertit, & hoies uigilare non patitur, amaritudine cõmutabitur: quæ ad tempus utentibus se mella mentit, & in nouissimo amarior felle reperietur. Tunc oĩs dulcedo lætantium, & tympanorũ, ac citharæ sonitus in planctum uertetur ac gemitum. Ingeramus hoc testimoniũ his qui in cõuiuiis nõ solũ gula & ebrietate, sed & auribus luxuriant, ut per oẽs sensus aĩæ fortitudo molleſcat. Atteretur ciuitas uanitatis, siue oĩs ciuitas, uel spũalis Babylon, quæ sedet in septem montibus purpurata: cuius supplicia in Apocalypsi Ioannis legimus: Pulchreq; dixit urbem uanitatis. Si. n. de cęlo & terra, & de oĩbus quæ terrena sunt, dicitur: Vanitas uanitatum, oĩa uanitas: quãto magis hoc de una urbe dicendũ est, quę totius orbis pars modica est? Tunc domus, quarum nũc sunt aurata laquearia, & pauperibus absque tecto & tugurio frigore morientibus, parietes earũ uestiunt marmorum crustis, & secti eboris nitore resplendent, remanebunt uacuæ. Clamor erit in plateis super uino, non in arta & angusta uia quæ ducit ad uitã, Matth. 7. b sed in lata & spatiosa quę ducit ad mortem: Sup uino & ebrietate erroris eorum, qui dormierunt som Psal. 75. a num suũ: & nihil inuenerunt oẽs uiri diuitiarũ in manibus suis. Translatũ est quippe in cælos gaudium terræ, & relicta est in urbe quõdam celeberrima solitudo, & portas uiarũ frequentiũ, p quas populorũ influebãt agmina, opprimet habitatorũ calamitas. Et ut sciremus perspicue de totius orbis D interitu nunciari, intulit: Hæc erunt in medio terræ, in medio gentium, sicut populorum.

b ¶ Qũo si paucæ oliuę, quæ remãserunt, excutiantur &c.) Quantũ ab Hebraica ueritate in hoc loco lxx. distet translatio, sequentia uerba monstrabunt. Relictis hoĩbus paucis, q̃n maledictio uoraueritterrã, & in urbe fuerit solitudo, & hæc uniuersa contigerint in medio terræ, in medio populorum & gentiũ: tãta erit sanctorũ paucitas, de quibus dominus loquit in euãgelio:

Apoc. 18. e C

Eccles. 1. a